



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CXCIV. Vergleich zwischen Polen und dem Orden über die Regulirung der Grenzen der Neumark, vom 17. Dezember 1425.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

aduersa Cruciferorum libenter facere uolebamus modo et forma talibus, quemadmodum et anno preterito prefatum Sanctissimum dominum papam et Inclytum dominum Ffredericum, Marchionem Brandenburgensem et fratrem nostrum carissimum, facte fuerant et firmate et ad hoc Amballatores et Oratores nostros solempnes cum totali nostra facultate ad Conuencionem in Solecz Oppido proxime celebratam miseramus, vt huiusmodi treuge pacis ordinari potuissent. Sed oratores partis aduersæ Cruciferorum in similes faciendas treugas pacis nullatenus uolebant assentire ac quibusdam uotiuis Condiçionibus, quas in Inscriptiões Contractuum includere uolebant, se affirmandis treugis pacis subtraxerunt et sic sine fine ab inuicem recesserunt. Cum enim tanta nostra equalitatis exhibicio prodesse non potuit nec eos ad seruandam nobiscum pacem inuitare iam quantumcunque inuiti successus nostros et euentus in manus omnipotentis domini committentes, iusticiam nostram oportebit, quod defendamus vniuersitatem uestram petentes eidem assistere et adherere debere. Ceterum informati sumus qualiter Magister generalis Ordinis domus Theutonicorum de Prussia nunc in Conuencionibus et nunc in alijs locis nos non cessat infamare, affirmando, quod nos ab obediencia Ecclesie Romane et vniuersalis recessissemus et hereticis adhesissemus hijs et alijs finistris suggestiõibus uos aduersum nos Concitando, non enim sapientis esse censemus ea, que numquam probari possunt, de parte aduersa predicare debere et affirmare, cum talia in fine nonnisi pudorem et confusionem reportare uidentur. Quare eandem vniuersitatem uestram desideriosis requirimus affectibus et hortamur persyncere, quatenus accusacionibus talibus, si per quempiam in uestri deduceretur presencia, fidem dare non uelitis, sed eas tamquam iniustas et iniquas ab auditu propellentes vt uenenum studeatis deuitare. Datum in Gnezna, proxima dominica post Corporis Christi, Anno etc. uigesimo secundo.

Ad mandatum domini Regis Johannes, decanus
Cracouiensis, Regni polonie uicecancellarius.

Nach Racypuski Cod. dipl. Litth. S. 322.

CXCIV. Vergleich zwischen Polen und dem Orden über die Regulirung der Grenzen der
Neumark, vom 17. Dezember 1425.

Nos Wladislaus, Dei gracia Rex Polonie —, significamus tenore presencium Quibus expedit uniuerfis, Quod die et loco subscriptis simul cum Illustri et preclaro principe domino Alexandro alias Witoudo Magno Duce Lithuanie fratre nostro carissimo ex una, Et Magnifico et Religioso domino Pawlo de Ruffdorff, Ordinis beate Marie domus Theutonicorum Irosolimitani Magistro generali partibus ex altera, Convenientes de et super articulorum Infracriptorum discensionibus talem fecimus ordinacionem et declaracionem ut Infra sequitur. Primus articulus talis est, quod nos rex predictus absoluimus Magistrum et Ordinem prefatos ab impetitione limitationis granicierum inter Nouam Marchiam et terras Polonie Et faciemus eandem cum serenissimo principe domino, domino Sigismundo Romanorum, Hungarie et Bohemie Rege etc. uel eius successoribus loco et tempore se offerrentibus etc. Secundus articulus est

quod nos Rex debemus mittere certosque mittemus nostros consiliarios, qui cum consiliariis prefati Magnifici Domini Magistri et Ordinis mittendis tertia Dominica post festum Pasche proxime venturum prope Jesniec conuenientes habebunt omnimodam potestatem limitandi, distingwendi et firmandi granicies inter terras nostras Cuyauie videlicet et Polonie parte ex una et terras Culmenfes videlicet et Pomeranie parte ex altera iuxta tenorem et continenciam litterarum originalium super hoc confectarum, una videlicet quam habet prefatus Magister et Ordo Regis Casimiri et alia domini Heynrici Tufemer olim Magistri generalis, quam nos habemus, pro tunc ex utraque parte producendarum. Item nos Rex prefatus mittemus similiter Consiliarios nostros octo diebus ante festum penthecostarum seu sex septimanis post festum Pasche proximum venturum prope Dressznum, qui conuenientes cum Consiliariis prefati Domini Magistri et Ordinis tractabunt de limitacione granicierum, super quibus ibidem inter partes utraque est questio. Et si potuerit amicabiliter componetur. Sin autem quod ablit amicabiliter componere nequuerint, ex tunc eliget quelibet pars duos arbitros, qui de huiusmodi dubietate cognoscendi et diffiniendi habebunt facultatem, secundum tenorem et disposicionem littere prefati preclari principis domini Alexandri alias Wytowdi magni Ducis Lithuanie. Si vero predicti quattuor taliter ut perferatur electi et nominati in unam sententiam concordare non potuerint, ex tunc conscriptis meritis cause et sigillis omnium arbitratorum sigillatis duobus inter se una ex parte nostra et alia ex parte prefati domini Magistri et sui ordinis electis mittent ad Illustrem et preclarum principem dominum Ffedericum, dominum Marchionem Brandenburgensem, qui per nos et prefatum dominum Magistram et Ordinem unanimitate in superarbitrum est electus, Si in Marchia inueniri poterit, qui si remotus fuerit sepe dicti omnes arbitri eundem expectandi uel alium uoce concordie habebunt et habeant facultatem eligendi, cui merita cause ut supra dictum est dirigent, qui uisa et audita huiusmodi dubietate informacionem suam in scriptis sigillatam dabit et mittet, iuxta quam informacionem predictam dubietatem decident arbitri superscripti et scient sententiam, ad quam retinendam et emologandam habebunt et habeant partes compellendi potestatem iuxta arbitrium eorundem etc. — Datum in Grodno, feria secunda proxima post festum sancte Lucie virginis et martyris gloriose, Anno Domini millesimo quadringentesimo vicefimo quinto.

Nach dem vollständigen Abdrucke in Raczyński Cod. dipl. Litth. S. 315.

CXCV. Verhandlungen eines Ordensgesandten mit dem Großfürsten Witold von Litthauen und mit dem Könige von Polen über Grenzstreitigkeiten, um Weihnachten 1425.

Nach der beuehlung des Homeyter, seyner Gebietiger vnd des Ordens von dem konige von polan vnd hertzog Witaud etc.

Czum ersten is das gewerp sunderlichen gesehen an hertzog Witaud etc., also von dankfagung wegen der vorfegung der Maieftät obir die mole lubich, den dang nam syne genoden gutlichen vnd genediglichen uff.

Item wart ym verzeld dy tedinghe der grenzen Jesniec vnd des hufes Dryfen, die er